



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta
Complectens Primam Secundæ, & Secundam Secundæ Summæ
Theologiæ

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

8 vtrum sint tantum quatuor species tristitiæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72759](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72759)

niant quidem in hoc, quod uterque est motus appetitus virtutis, ut supra dictum est: sed differunt secundum illa duo, quae ad tristitiam & delectationem requiruntur. secundum causam, quae est bonum vel malum coniunctum, & secundum apprehensionem. Causa enim doloris exterioris est malum coniunctum, quod repugnat corpori: causa autem interioris doloris est malum coniunctum, quod repugnat appetitui. Dolor est exterior sequitur apprehensionem sensus, & specialiter tactus: dolor autem interior sequitur apprehensionem interiorem, vel imaginationis, scilicet vel etiam rationis. Si ergo comparatur causa interioris doloris ad causam exterioris, una per se pertinet ad appetitum, cuius est uterque dolor: alia vero per aliud. Nam dolor interior est ex hoc, quod aliquid repugnat ipsi appetitui: exterior autem dolor ex eo, quod repugnat appetitui, quia repugnat corpori. Saepe autem quod est per se, prius est eo quod est per aliud: unde ex parte ista dolor interior praeminet, dolori exteriori. Similiter est ex parte apprehensionis, nam apprehensio rationis & imaginationis altior est, quam apprehensio sensus tactus, unde simpliciter & per se loquendo, dolor interior potior est, quam dolor exterior: cuius signum est, quod etiam dolores exteriores aliquis volutarie suscipit, ut euitet interioris: & in quantum non repugnat dolor exteriori appetitui, fit quodammodo delectabilis & iucundus interiori gaudio. quandoque tamen dolor exterior est cui interiori dolore, & tunc dolor augetur: non solum enim interior est magis quam exterior, sed est uniuersalior. Quicquid enim est repugnans corpori, potest esse repugnans interiori appetitui: & quicquid apprehenditur sensu, potest apprehendi imaginatione & ratione, sed non conuertitur, & ideo signanter in autoritate adducta dicitur. Omnis plaga, tristitia cordis est, quia etiam dolores exteriorum plagarum sub interiori cordis tristitia comprehenduntur.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod dolor interior potest etiam esse de his quae contrariantur uita: & sic comparatio doloris interioris ad exteriorem non est accipienda secundum diuersa mala, quae sunt causa doloris, sed secundum diuersam, comparationem huius causa: doloris ad appetitum.

AD SECVNDVM Dicendum, quod tristitia interior non procedit ex similitudine rei apprehensa, sicut ex causa. Non enim homo tristatur interiori de ipsa similitudine apprehensa, sed de re cuius est similitudo: quae quidem res tanto perfectius apprehenditur per aliquam similitudinem, quanto similitudo est magis immaterialis & abstracta: & ideo dolor interior, per se loquendo, est maior tanquam de maiori malo existens propter hoc, quod interiori apprehensione magis cognoscitur malum.

AD TERTIVM dicendum, quod immutationes corporales magis causantur ex dolore exteriori, tum quia causa doloris exterioris est corruptio coniunctum corporaliter, quod exigit apprehensionem tactus: tum etiam quia sensus exterior est magis corporalis quam sensus interior: sicut & appetitus sensitivus, quam intellectivus. & per hoc, ut supra dictum est, ex motu appetitus sensitivus magis corpus immutat: & similiter ex dolore exteriori magis, quam ex dolore interiori.

A inconuenienter quatuor tristitiae species assignentur, quae sunt accidia, achos uel anxietas, secundum Gregorium Nyssenum, misericordia, & inuidia. Tristitia enim delectationi opponitur: sed delectationis non assignantur aliqua species. ergo nec tristitiae species debent assignari. **¶** 2 Prax. Penitentia est quaedam species tristitiae, similiter est nemesis & zelus, ut dicit Philosophus. 2. Rhet. quae quidem sub his speciebus non comprehenduntur. ergo insufficientes est eius praedicta diuisio.

B ¶ 3 Prax. Omnis diuisio debet esse per opposita: sed praedicta non habent oppositionem adinuicem. nam secundum Gregorium Accidia est tristitia uocem amputans, anxietas uero est tristitia in alienis bonis, misericordia autem est tristitia in alienis malis. contingit autem aliquem tritari & de alienis malis, & de alienis bonis, & simul cum hoc interius aggruari, & exterius uocem amittere. ergo praedicta diuisio non est conueniens.

SED CONTRA est autoritas utriusque, scilicet Gregorii Nysseni & Damasceni.

C RESPON. Dicendum, quod ad rationem spiritus pertinet quod se habeat ex additione ad genus: sed generi potest aliquid addi dupliciter. Vno modo, quod per se ad ipsum pertinet, & uirtute continetur in ipso, sicut ratio ad animalia: & talis additio facit ueras species alicuius generis, ut per Philosophum patet in 7. & 8. Metaphysicae. Aliquid uero additur generi, quasi aliquid extraneum a ratione ipsius, sicut si aliquid animalia addatur, uel aliquid huiusmodi, & talis additio non facit ueras species generis, secundum quod communiter loquimur de generibus & speciebus. Interdum tamen dicitur aliquid esse species alicuius generis propter hoc, quod habet aliquid extraneum, ad quod applicatur generis ratio, sicut carbo & flamma dicuntur esse species ignis propter applicationem naturae ignis ad materiam alienam. Et simili modo loquendi, dicunt astrologia & perspectiva species mathematicae, in quantum principia mathematica applicantur ad materiam naturalem. Et hoc modo loquendi assignantur hic species tristitiae per applicationem rationis tristitiae ad aliquid extraneum, quod quidem extraneum accipi potest uel ex parte causae obiecti, uel ex parte effectus. Proprium enim obiectum tristitiae est proprium malum, uel extraneum obiectum tristitiae accipi potest uel secundum alterum tamen, quia scilicet est malum, sed non proprium, & sic est misericordia, quae est tristitia de alieno malo, in quantum tamen estimatur ut proprium, uel quantum ad utrumque, quia neque est de proprio, neque de malo, sed de bono alieno, in quantum tamen bonum alienum estimatur ut proprium malum, & sic est inuidia. Proprius autem effectus tristitiae consistit in quadam fuga appetitus, unde extraneum circa effectum tristitiae potest accipi quantum ad alterum tamen, quia tollitur fuga, & sic est anxietas, quae sic aggruat animum, ut non appareat aliquid refugium, uel alio modo de angustia. Si uero intantum procedat talis aggrauatio, ut sit exteriora membra immobiliter ab opere, quod pertinet ad accidiam, sic erit extraneum quantum ad utrumque: quae nec est fuga, nec est in appetitum. Ideo autem specialiter accidia dicitur uocem amputare, quia uox iter omnes exteriores motus magis exprimit

tionis aduerte, quod id quod de ultimis speciebus tristitiae dicitur intelligi, quod cum effectus tristitiae consistat in appetitu fugitiuo, quando contingit deesse refugium aliquod, constituitur anxietas uel angustia ubi deest ly, fugitiuus, quando uero intantum tristitia est, quod nec appetibile aliquod ex illa relinquatur, sed solum contrarium constitans, tunc constituitur accidia, ubi etiam deest ly, appetere uel appetitus, id est, actus appetendi, non tamen tristandi actus.

¶ Super

Locis in ar. i. citatis.

li. 8. Metaph. text. 10. & 11. to. 3.

ARTICVLVS VIII.

Virum sunt tantum quatuor species tristitiae.

AD OCTAVVM sic proceditur. Videtur, quod Damasceni

In arg. Sed contra.

q. 14. ar. 4. In q. 41. ar. 4. ad 3. & 3. ad 2. q. 11. ar. 4. ad 3. & 3. ad 2. q. 11. ar. 4. ad 3. & 3. ad 2. cor. h. & ue q. Super questionis tri septimo. quatuor. in 8. ca. uum.

¶ Miso septimo articulo circa octauum eiusdem quaest.

mit interiorē cōceptū, & affectum non solum in ho-
minibus, sed etiā in aliis animalibus, ut dī in 1. Pol. *

Cast. 2. circa
med. to. 5.

AD PRIMVM ergo dicendū, q̄ delectatio causatur
ex bono, quod uno modo dicitur: & ideo delectatio
nis non assignantur tot species, sicut tristitiæ, quæ
causatur ex malo, quod multifariam contingit, ut di-
cit Dion. 4. cap. de* diuinis nomin.

Pa. 4. a med.

AD SECVNDVM Dicendum, quod p̄nitentia
est de malo proprio, quod per se est obiectum tristi-
tiæ, unde non pertinet ad has species: zelus verò &
nemesis sub inuidia continentur, ut infra * patebit.

q. seq. ar. 2.

AD TERTIVM dicendum, quod diuisio ista
non sumitur secundum oppositiones specierum,
sed secundum diuersitatem extraneorum, ad quæ
trahitur ratio tristitiæ, ut dictum est.*

In corp. art.

¶ Super quæst. trigesi-
mosexta. articulum
primum.

QVAESTIO XXXVI.

De causis tristitiæ, seu doloris, in qua-
tuor articulis diuisa.

IN 1. art. quæstio,
36. memento do-
ctrinæ superius
data in 1. ar. quæst. 8.
quomodo priuatio-
nes capiuntur ut en-
tia, & bona in ratio-
ne. eodem enim iudi-
cio sumunt rationē
contrarij mali: sicut
enim mulierem non
tangere, sumitur ut
bonum, ita etiam su-
mitur ut malum.

¶ Sed occurrit unum
dubium non disti-
mulandum: si bo-
num amissum, & ma-
lum coniunctum in
re coincidunt; quia
malum in priuatio-
ne boni consistit, &
propterea in motu
naturali nulla quo-
dammodo esset hæc
quæstio, ut in litera
dicitur, cum in ratio-
ne utranque induat
rationem entis, quæ
restat inter ea diffe-
rentia, ob quam
malum coniunctum
fortiatur rationem
contrarij potius,
quam bonum amif-
sum, & ob quam
tristitia respicit bo-
num amissum sub
ratione mali con-
iuncti, & non econ-
uerso.

I. 8. q. Dul-
citiij cap. 1. a
med. to. 4.

¶ Ad hoc dicitur,
quod licet tam amif-
sio boni, quam ma-
lum possit habere
rationem entis: ap-
prehendi siquidem
potest, & amissio ni-
ta, & malum mortis
sub ratione sacrifi-
cii diuini &c. inter
ipsa tamen in re, &
in ratione hoc inter
est, quod in re, utrius-
que ratio consistit
in priuatione boni,
ut in litera deduci-
tur: in ratione au-
tem ratio boni amif-
si consistit in priua-

q. p̄c. art. 4.

q. 35. ar. 4.

Cap. 7. & 9.
tom. 5.

C. 15. in fin.

DEINDE considerandum
est de causis tristitiæ.

ET CIRCA hoc quæ-
runtur quatuor.

¶ Primò, Vtrum causa doloris
sit bonum amissum, uel magis
malum coniunctum.

¶ Secundò, Vtrum concupiscen-
tia sit causa doloris.

¶ Tertio, Vtrum appetitus vnita-
tis sit causa doloris.

¶ Quarto, Vtrum potestas cui re-
sisti non potest, sit cā doloris.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum causa doloris sit bonum amif-
sum, uel malum coniunctum.

AD PRIMVM sic proceditur.
Videtur, quod bonū amif-
sum sit magis causa doloris, quā
malum coniunctum. Dicit enim
Aug. in lib. * de octo quæstionib.
Dulcitiij, dolorē esse de amissio-
ne bonorum temporalium: eadē
ergo rōne quilibet dolor ex amif-
sione alicuius boni contingit.

¶ 2. Præ. Supra dictum est, * q̄
dolor qui delectationi contraria-
tur, est de eodem, de quo est dele-
ctatio: sed delectatio est de bono,
sicut supra dictū est. * ergo dolor
est principaliter de amissione boni.

¶ 3. Præ. Secundum Aug. * 14.
de ciui. Dei, amor est causa tristi-
tiæ, sicut & aliarum affectionum
animæ: sed obiectum amoris est
bonū, ergo dolor, uel tristitia ma-
gis respicit bonum amissum,
quā malum coniunctum.

SED CONTRA est, quod Da. *
dicit in 2. lib. q̄ expectatū malū ti-
morē cōstituit: p̄ns uerò tristitiā.

RESPON. Dicendum, q̄ si
hoc mō se hērent priuationes in
apphensione aīæ, sicut se hnt in ip-
sis reb. ista q̄stio nullius momēti

esse uideretur. Malum. n. ut in 1.
li. * habitū est, est priuatio boni:
priuatio autem in rerum natura
nihil est aliud, quā carentia op-
positi habitus. In hoc ergo idem
esset tristitari de bono amisso, & de
malo habito: sed tristitia est motus
appetitus apprehensionem sequē-
tis: in apprehensione autem ipsa
priuatio hēt rōnem cuiusdam en-
tis: unde dicitur ens rōnis: & sic
malum cum sit priuatio, se habet
per modum contrarij. Et iō quan-
tum ad motum appetitiuum, dif-
fert, utrum respiciat principalius
malum coniunctum, uel bonum
amissum. Et quia motus appetitus
animalis hoc modo se habet in o-
peribus animæ, sicut motus natu-
ralis in rebus naturalibus, ex con-
sideratione naturalium motuum
ueritas accipi potest. Si. n. accipiamus
in motib. naturalib. accessum &
recessum, accessus per se respicit
id quod est contentiens naturā,
recessus aut per se respicit id, qd ē
cōtrariū: sicut graue per se recedit
a loco superiori, accedit autē na-
turaliter ad locum inferiorē. Sed
si accipiamus cām utriusque mo-
tus. i. grauitatem, ipsa grauitas per
prius inclinatur ad locum deorsum,
q̄ retrahatur a loco sursum, a quo re-
cedit ut deorsum tendat. Sic igitur
cum tristitia in moribus appetiti-
uis se habeat p̄ modum fugæ, uel
recessus, delectatio autem per mo-
dum prosecutionis, uel accessus,
sic delectatio per prius respicit bo-
num adeptum, quasi proprium
obiectum, ita tristitia respicit ma-
lum coniunctum: sed causa delec-
tationis & tristitiæ. i. amor, per
prius respicit bonum, q̄ malum.
Sic ergo eo mō, quo obiectū est
cā passionis, magis proprie est
cā tristitiæ, uel doloris, malum cō-
iunctum, quā bonū amissum.

AD PRIMVM ergo dicendū,
quod ipsa amissio boni apprehē-
ditur sub ratione mali, sicut & a-
missio mali apprehenditur sub ra-
tione boni: & ideo Aug. dicit dolorem prouenire
ex amissione temporalium bonorum.
AD SECVNDVM Dicendum, quod delectatio, &
dolor ei contrarij respiciunt idem, sed sub contra-
ria ratione: nam si delectatio est de præsentia alicuius,
tristitia est de absentia eiusdem. In uno autem con-
trariorum in clauditur priuatio alterius, ut patet in
10. Metaph. * & inde est, quod tristitia, quæ est de cō-
trario, est quodammodo de eodem sub contraria
ratione.
AD TERTIVM Dicendum, quod quando ex una
causa proueniunt multi motus, non oportet quod
omnes principalius respiciant illud, quod principa-
lius respicit eam, sed primus tantum: unusquisque
autem aliorum principalius respicit illud, quod est
ei conueniens secundum propriam rationem.

¶ Super

¶ Super

¶ Super

¶ Super

¶ Super

¶ Super

¶ Super

¶ Super

¶ Super

¶ Super

¶ Super

¶ Super

¶ Super

¶ Super